



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Viridarivm Sanctorvm

Ex Menæis Græcorum lectum, translatu[m] et Annotationib. similibusq[ue]
passim, historijs Latinis, Græcis; editis, ineditis illustratum

Rader, Matthäus

Avgvstae Vindelicoꝝ, 1607

Præfatio Ad Lectorem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43013

PRÆFATIO

Ad Lectorem.

MENÆA GRAECORVM,
vnde nostrum VIRIDARIUM
traduximus, quamuis à mē-
sium ordine nomen, & ori-
ginationem trahant, planè tamen diuer-
sa sunt à Menologio, quod nihil nisi San-
ctorum continet Fastos, uti & latina Ec-
clesia Martyrologia, in quibus genus vitæ,
& mortis, tribus, ut aiunt, verbis indigi-
tatur potius, quam explicatur. Menæa au-
tem, perinde quasi rituales libri, & quid
precandum sit, & quomodo, præscribunt,
omninoq; maximã partem Canonicis pre-
cibus & horis respondent Latinorum.
Docent enim quæ εἰς τὴν ἑσπέρην, ὄρθρον, αἶψας,
καὶ τὴν πρῶτην, τρίτην, ἕκτην, ἑννάτην ὥραν, quæ
ad Vesperas inquam, matutinas, laudes,
primam, tertiam, nonam canenda, precan-
daq; sint, nec τὸ δειπνῶν, quæ cum postrema
& completa hora nostra possunt conferrî
pretermittunt. Habent ad preces matuti-

nas,

PRÆFATIO

nas, laudes & reliquas horas, psalmos, ver-
sus, doxologias, εὐχαριστίας & absolutiones,
habent lectiones & ἀναγνώσματα ex literis
sacris, patrum homiliis, & Martyrum san-
ctorumq; reliquorū tam Latinorum, quàm
Græcorum vitis & gestis petita. Habent
τὰ ἀντιφωνα, στιχας, κανόναι, κοντάκια, εἱρμῆς, &
alia odaria, ut nos responsaria, versiculos,
capitula, benedictiones, hymnos, tractus, &
hoc genus alia. Sed ego neglectis aliis, tan-
tum τὰς τῶν ἁγίων μνήμας, seu breuiaria Sā-
ctorum, in quibus quasi epitomas, ex S. hi-
storiis confectas videbam, cæpi voluere, &
ad rariores animum advertere, domiq; in-
ter familiarem Sociorum consuetudinem
secundum mensam referre, nec paucas in
Parthenio Sodalium cœtu, cui multos iam
annos præsum, percensere, nihil tamen eno-
tare calamo, vel in literas mittere, donec
multorum hortatu, non sine delectu nobi-
liores quasdam delibavi, latinas feci, & in
hoc quasi violarium traduxi. nempe:
Floriferis ut apes in saltibus omnia limant,
Omnia nos itidem depascimur aurea facta,
Aurea,

AD LECTOREM.

Aurea, perpetua semper dignissima vita.
*Vnde nostrum hoc à nobis Viridarium San-
 ctorum, velut amœnissimus omniq; genere
 florum conuestitus campus, consitum est, &
 institutum. In quo αὐτὴ* —

*Ζεφύροι πνέουσα τὰ μὲν φύη, ἀλλὰ ὃ πέσσει
 Ὅγχνη ἐπ' ὄγχνη γηέσκει, μῆλον δ' ὅπῃ μήλω.
 Αὐτὰρ ὅπῃ σαφυλῆ σαφυλῆ, σύκον δ' ὅπῃ σύκω.*

*Ex quo cum candidissima virginitatis, &
 castimonia lilia, tum suaue rubentes pur-
 puratorum martyrum hyacinthos, tum de-
 nique ex asperrimo anachoretarum cultu,
 & paliuris selectissima virtutum omnium
 rosaria panges, carpes & in sertum leges.
 Ordinem in Menais repertum seruavi, à
 Septembri enim Græci annum auspicatur,
 quemadmodum ex Menais & Horologio
 discis, ubi Calendis Septembribus hæc ver-
 ba leguntur: εἰς τὴν πρώτην ἀρχὴ τῆς Ἰνδι-
 κτῆ, ἢ τοι τῶ νέου ἔτους. Ad primam. Initium In-
 dictionis, seu noui anni. Diem ad oram
 annotaui. Syllabum Sanctorum, ead Alpha-
 bcti quoque rationem redegi, ut omnia ha-
 beres in promptu. Præterij nonnulla, quam-*

(b)

nis

PRÆFATIO

*uis lectorem tenere potuerint, & afficere, cuiusmodi sunt quæ de S. Zotico ὀρθανοτρόφῳ, Photina Samaritana illa, cū qua Christus ad fontem de aqua viua disputauit, de Parasceue, Artemone, Neophyto, & aliis: nō quod martyrib. suam detrabere lauream, omnibus modis exornādādam voluerim, sed quod animaduertērem irrepsisse menda quædam & labes in eorum acta, quæ mihi cum historicorum auctoritate & fide, non ex omni parte conspirare videbantur. Selectis verō, partim firmandis, partim similibus Sanctorum factis illustrandis, annotationes adieci, ex quibus non minus, uti spero, quam ex ipsis Menæis proficies. Et generatim, valent plurimum ad æmulādādam virtutis elegantiam, facta maiorum. Longum iter est docere per præcepta, breue & efficax per exempla, ubi quasi in rem præsentem venit, & interesse vitis Sanctorum licet. Nec omnia tibi imitanda putes: admirari possis alia, alia venerari, plurima æmulari. Si te cultus vestium asperior, si hirta setis horrida q̄, taciū subucula, si pos-
tum*

AD LECTOREM.

*tum humi cubile, si domus è cespite erecta,
culmo tecta, imò si nulla aduersus cæli ri-
gorem suffugia territant: si indictum ven-
tri, auro, Veneri odium bellumq; æternum,
à castris heroũ te excludit, si torquere cor-
pus insomniâ, cruciare inedia, luctu ex-
haurire non potes: irarum fluctus disce
frangere, modestiam amare, fastum execra-
ri, pudorem custodire, mediocritatem se-
ctari, humana despicari, æterna spectare,
mortem & qua hanc sequuntur formidare,
sperareq; vel sempiterna cælitum gaudia,
vel infeliciũ tremere apud inferos tor-
menta. Sed nos*

Laudamus veteres, & nostris vtimur annis.
Aude hospes, contemnere opes, & te quo-
que dignum Finge DEO. —



(b) 2

APPRO-